Fragmentarium



eam. Pestilente flagellato: stultus sapien
tior erit. Si autem corripueris sapientē:
intelliget disciplinam. Qui affligit patrē
et fugit matrem: ignominiosus ē et infe
lix. Non cesses fili audire doctrinam: nec
ignores sermones scientię. Testis iniquus
deridet iudicium: et os impiorum deuo
rat iniquitatem. Parata sunt derisoribus
iudicia: et mallei percutientes stultorum
corporibus. Luxuriosa res uinum: et tumul
tuosa ebrietas. Quicumque his delectatur:
non erit sapiens. Sicut rugitus leonis:
ita et terror regis. Qui prouocat eum: pec
cat in animam suam. Honor est homini:
qui separat se a contentionibus. Omnis autē
stulti: miscentur contumelijs. Propter
frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo estate et non dabitur ei. Sicut aqua pro
funda: sic consilium in corde uiri: sed homo
sapiens exhauriet illud. Multi homines
misericordes uocantur: uirum autem fi
delem quis inueniet. Iustus qui ambu
lat in simplicitate sua: beatos post se filios
derelinquet. Rex qui sedet in solio iudicij:
dissipat omne malum intuitu suo. Quis
potest dicere mundum ē cor meum. purus
sum a peccato. Pondus et pondus. men
sura et mensura. utrumque abhominabile
est apud dm̄. Ex studijs suis intelligitur
puer: si munda et recta sunt opa eius. Aurē
audientem et oculum uidentem: dominus
fecit utrumque. Noli diligere somnum: ne
te egestas opprimat. Apri oculos tuos: et
saturare panibus. Malum est malum
est. dicit omnis emptor: et cum recesse
rit tunc gloriabitur. Aurum et multitu
do gemmarum. et uas preciosum. labia
sapientię. Tolle uestimentum eius qui fi
de iussor extitit alieni: et pro extraneis au
fer pignus ab eo. Suauis est homini pa

nis mendacij. et postea implebitur os eius
calculo. Cogitationes consilijs roborabun
tur: et gubernaculis tractanda sunt bella.
Ei qui reuelat mistia et ambulat fraudu
lenter: et dilatat labia sua: ne commiscea
ris. Qui maledicit patri suo et matri: extin
guetur lucerna eius in medijs tenebris.
Hereditas ad quam festinatur in principio:
in nouissimo benedictione carebit. Ne di
cas reddam malum: expecta dnm̄ et libe
rabit te. Abhominatio apud dm̄: pondus
et pondus. Statera dolosa: non ē bona. A
domino gressus uiri diriguntur. Quis au
tem hominum intelligere potest uiam
suam: Ruina ē homini deuorare scōs:
et post uota tractare. Dissipat impios rex
sapiens. et incuruat super eos fornicē. Lucer
na domini spiraculum hominis: que in
uestigat omnia secreta uentris. Misericordia et
ueritas custodiunt regem: et roborat clē
mentia thronus eius. Exultatio iuuenū
fortitudo eorum: et dignitas senum cani
cies. Liuor uulneris abstergit mala: et
plage in secretioribus uentris. Sicut diuisi
ones aquarum: ita cor regis in manu dni̅.
Quocumque uoluerit inclinabit illud. Omnis
uia uiri recta sibi uidetur: appendit au
tem corda dominus. Facere misericordiam et
iudicium magis placet domino: quam
uictimę. Exaltatio oculorum et dilatio cor
dis. lucerna impiorum peccatum. Cogita
tiones robusti semper in habundantia. Omnis
autem piger semper in egestate ē. Qui con
gregat thesauros lingua mendacij. uanus
et excors ē: et impingetur ad laqueos
mortis. Rapinę impiorum detrahent eos:
quia noluerunt facere iudicium. Perusa
uia uiri aliena ē. Qui autem mundus ē:
rectum opus eius. Melius est sedere in
angulo dogmatis: quam cum muliere

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/7, fol. [1]v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68057)